Vigore Regio et nostra Capitanali authoritate mandamus ut in Terminis querellarum ac Causarum Officij Capitanal Castren in Curia Regia Drascen feria Secunda post Datam praesentis Citationis proxime proximius celebrandis per se peremptorie comparere debes Ad Instantiam Nobilium Alberti Choynowski filij olim Stanislai Helena Dargow ska relicto olim Nobilis Mari dubet... primi ad praesens secundi Matrimonij consortis Nobilis Alberti Chosinski qui dos praefatam mari tata cum maritis sui assistentia eiat Ideo Quia Vos in Contrarium iurium et libertatum Regni quibus Thelonea in pallatinatu podla chiae sunt sublata ausi estis tempore certo in protestatione descripto dum ijdem Actores in Campos ad seminanda frumenta equitassent equum eius proprium coloris Cisarei valoris centum florenorum polo nicorum violenter receperitis extorsistis et pro commodo suo convertistis per quod poenam centum marcarum polon succubuistis ad quam super Vobis decernendam una cum restitutione praefati thelonei Citamini Judicialiter petiturj terminum attentatarum et responsurj Datum in Curia Regia Drascen Sabbatho magno Anno Domini Mille simo Sexcentesimo Quinquagesimo Cuius quidem Citationis praeinser tae Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Stanislaus Kalenayko ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Citati proprijs posuisse et publicasse recognovit Memoratus Actor Citatos supra nominatos ad officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Drosenski vera iuris formam formam Vicibus quatuor clamatos et non comparentes in lucro suo pro toto ex Regestri ordine ac admissione officij praesentis inducendo

Mierzwinski — Dilatio

In Causa et Actione Judicialiter vertente Inter Generosum Petrum olim Mathiae Mierzwinski de Mierzwino et Snorki haeredem Actorem et Nobilem Albertum Zakrzenski de Bagienskie haeredem Citatum ad Solutionem et pro condemnationis Iuri satisfaciendum Ideo quia ipse in contrarium iurium et libertatum Regni quibus Thelonea in pallatinatu Podlachiae sunt sublata ausus est in Via libera bonorum Bagienskie ab eodem Actore pecuniae paratae quinque floren polon et rotas duas in Vim eiusdam iniusti et in usitati Thelonei recipere et ex torquere prout recepit et extorsit per quod poenam mille mar carum polon succubuit. Citatione ipse cuius Copiam sigillatam Mi nisterialis Regni Generalis Providus Stanislaus Kalenayko ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Citati proprijs posuisse et publicasse recognovit de his latius Hodierno in Termino ex eadem Citatione ad praesens legittime proveniente officium praesens Castren Capitanal Drascen. Controversijs partium utrarumque actoris et Citati per se personaliter factis et exauditis et intellectis ad affectationem partis Actoreae eidem dilationem iuridicam ad producendum lucrum in ante actis querellarum Terminis super citato obtentum ad sequentes

Quadriblarum Terminos proxime celebrandos dedit et concessit ac terminum in eadem sequentibus Quadrium Terminis actorem ad dilationi suae satisfaciendum citatos vero ad attendendum ac ulterius contra se iuridice procedendum paratum et peremptorium praefixit et conseruauit.

Sziepiotowo Libertas

In causa et actione iudicialiter vertente inter Nobilem Andream filium Joannis Zareba de Sziepietowo Zaki haeredem et Nobilem Mathiam olim Alberti Sziepietowski de Sziepietowo Zaki haeredem Hedwigamque Coniugem eius cum eiusdem mariti ipsius assistentia et authoritate citatos ideo quia ipsi eundem Actorem de totalibus et integris bonis immobilibus in bonis Sziepietowo Zaki sitis eidem Actori per Nobilem Laurentium olim Jacobi Sziepietowski de ibidem modo donatorio coram Actis Capitanealibus Castrensibus [illegible] inscripta vi et violenter expulerunt eiecerunt usu et possessione pacifica priuauerunt pro decernenda eadem reinductione ac vadio Capitaneali Centum viginti marcarum polonicalium interponendo Citatione ipsa cuius copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Lapicinski ab uno integra ante Terminum praesentem septimana tam huius quam et alius super quam contaminatio est obtenta utrasque illarum in bonis quorum reinductio petitur posuisse et publicasse recognouit de his latiori Hodierno in Termino ex eadem citatione ad praesens legitime deueniente et incidente Officium praesens Castrense Capitaneale [illegible] controuersijs partium utrarumque Actore per se personaliter citatis etiam per a se et Coniuge sua iudicialiter factis et exauditis et intellectis citatos ob inordinatam Citationem a termino praesenti liberos fecit et pronunciauit Actori vero Alcitationem debitam denuo si vult admisit.

Mysłkowski Euasio

In causa et actione iudicialiter vertente inter Instigatorem Officii Sacrae Regiae Maiestatis et ipsius delatorem Generosum Joannem Skinski Notarium Castrensem [illegible] et Exactorem Terrae [illegible] atque Nobilem Joannem olim Jacobi Sziepietowski Actorem contra Nobilem Jacobum olim Sebastiani Mysłkowski in [illegible] scriptorum obligatoriorum possessorem citatum ideo quia ipse existens obligator possessorque bonorum certorum in haereditate [illegible] situorum iuri materno Actoris Nobilis Joannis Sziepietowski subiectis non vult ex eisdem obligationibus contributiones aggrarias soluere et apponere per quod in poenam contra retententores contributionum sancitam incurrit Citatione ipsa de his latiore Hodierno in Termino ex dilatione in ante actis quadrimestrali Terminis parti Actore ad docendum de termino in modernos Terminos legitime deueniente et incidente conseruato Memorata pars citata et concessa.